

# **Thermarum anatomen physico-chimicam ... / examini sistit J.S. Knisel.**

## **Contributors**

Knisel, Johann Samuel, active 1687-1690.  
Metzger, Georg Balthasar, 1623-1687.  
Universität Tübingen.

## **Publication/Creation**

Tübingen : J.H. Reise, 1685.

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/c9jfdc5t>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

# THE MARUM

Anatomen Physico-Chimicam

FAVENTE DEO

*S u b*

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI

JOHANNIS FRIDERICI,

Ducis Würtembergiae & Tecciae, Co.

mitis Montisbeligardi, Dynastæ Hei-  
denhemii &c.

SACRÆ CÆS. MAJ. CAPITANEI;  
RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO.

P R A E S I D E

ON. GEORG-BALTHASARE METZGERO,

Med. D. Praxeos, Anatomiæ & Botanices Prof.

longè Celebratissimo, Facultatis h. t. Decano Spe-  
statissimo,

Dn. Patrono atque Præceptore obsequiosissimè suspiciendo,

*Publico Examini s̄istit*

JOHAN-SAMUEL KNISEL, Stuttg.

*Ad diem Aprilis.*

In Auditorio Medicorum.

T U B I N G A E,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

Anno M D C LXXXV.

V I R O

*Nobilissimo, Excellentissimo, Amplissimo,  
Consuliſſimo*

**DN. JOH. JACOBO BAURIC**

U. J. D. Sereniss. DUCIS in Inclita Superio  
Justitiæ Curia Consiliario, & Tutelaris Syn  
drii Præſidi Gravissimo, Domino Cognato a  
que Mœcenati suo omni honoris & obsequ  
cultu devenerando,

*Nec non*

V I R O

*Pra-Nobili, Amplissimo, Consultissimo,*

**DN. JACOBO CHRISTOPHE**

RO KORNIO, J. U. Lic. Tutelaris Syn  
drii Consiliario Meritissimo & Cancellaria  
quæ Stuttgardiæ est, Advocato Ordinario, Do  
mino Affini, Fautori atque Tutori suo perpe  
tim Colendo.

*Hanc THERMARUM Anatomen*

In gratitudinis submissæ Symbolum  
& studiorum commendationem

D. D. D.  
JOH. SAMUEL KNISE  
Auth. & Resp.



## Um me in discursum de Thermis

immergere destinaram, parum abfuit, quin æstimatâ rerum diffici obscuritate atque incertitudine cum Democrito exclamarem: *Veritas in puto laet.* Latet effectò hujus argumenti veritas & certitudo, neque sensuum, rationis, aut experientiæ bolide satis exploranda, neque reciprocantibus disputationum anis in lucem extrahenda. Quanquam enim 500. circiorgyas, id est 3000. pedes, ut refert Boyle Tr. de temp. g. sube. c. ult. humana curiositas in viscera terræ foendo penetrarit, & nonnullorum sagacitas retrusa ntium incunabula in siccâ adhuc superficie non dicit modò, sed intento quasi digito commonstret; macem tamen & conceptacula tam aquarum quam mirarum ex eo satis perlustrata esse, quis in animum ducet, ut credat? Cum ea longè profundius in sinu ter abdita atque conclusa delitescant, quam ut vel so tissimè rimantium, non dicam oculis, sed captui & iocinio sese aperta sistant. Quamobrem B. L. si du è nonnunquam minusque fiderenter de hac materia strussissima loquar, modestiæ id magis, quam consciæ torum menti imputes velim; siquidem Aristoteles quo mihi ingenuè patrocinatur, qui alicubi monet: *O via scire, idque certò videri & de iis fiderenter asserere, & Ju nem arguere, & audacem, cum qui reverè intelligant & con erari sint, caute magis soleant & hæstanter loqui, seu ut ipse : Προσθέατον δει καὶ τοιως καὶ τὸ τάχα. Interea cum fieri pos ut quis vel erroribus suis peritus evadat, & citius ergat veritas, ut Magnus quidam Philosophus ait, ex*

errore, quām ex confusione, unam vel alteram hypothesis meam hīc produxi, quā *Thermarum* naturam sa probabiliter explicari posse confido; Feliciter enim tis tunc nobiscum agi putemus in Physicis Speculatibus, si vel hunc saltē finem obtineamus, nimirū ut unum ex alio faciliūs & evidentiūs demonstretur eruantur. Deus igitur abdita rerum argumenta scienti lumen gratiæ suæ desuper affundat!

## Pro-Theorema

### *Thermarum ὄντος γίαν succinctam tradit.*

#### Etymol.

**N**E illotis manibus pedibusve circa sacros *Thermarum* for versemur, lex ordinis requirit, nt *Etymon* hujus vocis liquidum & limpidum reddatur; De hac autem usus nos docuit, qu licet origine græca, latinā tamen civitate pridem donata sit; datur à nomine adjectivo θερμός, *calidus*, *ardens*, quod, tanqu Concretum Subiectum aliquod sive substantiam connotat, ad n dum Latinorum, qui similiter pro aqua calida vel frigida, simp citer *calidam* vel *frigidam* dicere & scribere amaverunt, de quo p sim Lexicographi tām ex antiquis, quām recentioribus Autlribus.

#### Homon.

2. *Homonymiam* si attendamus, quam involvit vocabul **Thermae**, sub hoc nomine veniunt, modò *sudatoria*, *vaporaria* *aestuaria* *subterranea*, modò *integra oppida*, quæ *Therme* nuncup solita fuerunt, sicuti mons ille in Græcia latissimus *Thermopylas* nomine insignitus fuit, ab angustis scilicet faucibus, quæ aq scatent ferventissimis.

#### Synon.

3. Ad *Synonymiam* pertinet quod *Ther* modò *calidi fontes*, modò *ardentia lavacra* (θέρμα λόετρα di Homerus) salutantur; Poëtæ nobis suaviora suggesterent, vocan eas modò *fumantes sulphure Nymphaeas*, *undas Medicas*, *aquas fumeas*, *liquidos fervores*, & *calida Nymbarum balnea*; Latinis ferè i genere tales aquæ ferventes *Baje* appellabantur, perinde ac in vna cula nostra, die *warme Bäder* / item *Wald-Berg* / oder *wi Bäder* / quod in locis plerisque nemorosis, metallicis, atque fertis reperiantur, dicuntur. Alias usu receptum est, ut non

#### Divisio.

n aquæ minerales actu secundo & ad ipsum sensum calidæ  
terme vocitentur, de quibus haec tenus; sed & minerales aquæ,  
æ saltem potentia vel virtualiter, aut tantum aptitudinaliter ca-  
æ sunt, i. e. dum vel in cunis suis ferverunt, licet in decursu ca-  
em suum decoixerint, vel talibus mineris prægnantes sunt, quæ  
ut naturæ calorificæ, vel aptæ alias non sunt ad exserendam  
& operationes, nisi in lebete igne subjecto calefiant; Cæteræ  
visiones Thermarum nimirum in cupreas, ferreas, sulphureas, ni-  
sas &c. non ignotæ sunt. Restat nunc, ut à margine ad ipsum  
item nos convertamus, & definitionem, qualemcunque inaccessa  
ermarum incunabula permittunt, in medium proferamus. Dicî-  
is Ergò, *Thermas esse aquas fontanas, metallis & mineralibus effi-*  
*citer tintas, caloreque intra terram calefactas, ut balneando atque*  
*inde etiam potando medicatum usum hominibus præbeant.*

Definitio.

## THEOREM. I.

*Aqua tām fontana quām minerales sunt  
originariè à mari.*

Non anxiè sumus solliciti de veritate hujus asserti, cum id tām  
divina Scriptura, quām sana ratio probet, ita ut videremur  
um agere, & post Homerum, quod ajunt, *Iliadem scribere, si in*  
*prolixius demonstrando multa confertiamus argumenta. Diffi-*  
*tate tamen quibusdam haud omni carere videtur I. Quomo-*  
*aqua è profundo mari ad superficiem terræ, quæ utique mari*  
*parum eminet, possit ascendere. Censendum est ante omnia*  
Expositio.  
Resolutio I.  
in R. P. Schotto *Tr. de fontium orig. l. 5. p. 344. quod aqua ma-*  
*ri, ut ejus verba habent, ascendat ad aliquorum fontium scaturi-*  
*es evaporatione & quasi destillatione, dum è mari in subterranea*  
*eptacula transcolata & calore subterraneo calefacta in vapores re-*  
*vitur, qui deinceps in altum ascendunt &c. Hujus ratio &*  
*mo*s evidenter in alembico ostenditur, qui vapores à subjecto igne  
solutos frigiditate sua coagulat, & in guttas cogit, quæ deinde  
lectæ paulatim destillant. Lucem etiam affundit huic opinio-  
pluviarum generatio, quarum vapores è mari & terra elevati  
altum medii aëris frigore condensantur; Hæc elevatio vaporum  
uvatur à constitutione pororum terræ, per quos vapores sur-

sum tendunt; Illi enim, dum ad montium usque juga contin-  
tur, fulciunt & sustinent vapores, perinde ac caminus ascen-  
tem fumum, ne possit ad latus deflectere: Condensantur au-  
diēti vapores circa terrae superficiem idē, quod frigidarum t-  
partium occursu torpescunt, & maximam agitationis parte  
mittunt, quorum motu immōto fit, ut amplius evēhi non  
sint, sed necesse habeant ad se invicem accedere, & demum i-  
quæ guttas converti. Hæ guttæ porrō, cum per eosdem t-  
tus & poros terrae nimis angustos descendere, ita ut ascender  
non valeant, invicem coēunt, rivulos faciunt, quorum plures  
gregati unum tandem insigniorem reddunt, qui in terrae sup-  
cie ubi erupit, perennem fontem efficit. Quamvis Neoterio  
quidem Chymici congelationis hujus causam ponant in luto argilla  
qui ad eorum mentem spiritu suo fermentativo vapores in aquam  
vertat; Sed hoc est rem implicare, non explicare.

**Resolutio**  
I I.

II. Difficile nonnullis explicatu videtur, quomodo vap-  
aquei non raro saxosas rupes & petras, quæ in superficie te-  
comparent, penetrare & pervadere queant, ut in summitate  
rum fontem aperiant. Sed huic scrupulo triplici viâ à natura  
sulcitur. Laxatur enim vaporibus illis transitus quandoque  
per meatus quosdam & quasi venas, quæ in saxis interdum, u-  
corpore humano, diffusæ conspiciuntur. Altero modo prosp-  
natura, quod radices petrarum & rupium non ita solidas du-  
que effecit, sed paulò moliores & laxiores, ita ut facile illis  
poribus ascensus pateat; de quo Becherus in *Physe. Subter-*  
*Quibus hæ rationes ad palatum non sunt, illis tertiam viam,* si  
frequentiorem, assignare in promtu est, exponendo, quod infe-  
quoque faciemus, fontes interdum alibi emergere, quām ubi  
vuli ipsorum collecti sunt.

**Articulus I.**

Illi ergo non parūm falluntur & fallunt, qui I. existim-  
illam elevationem aquarum provenire à succo & ductu terræ illius,  
aquarum rivulis incumbit, per modum fungæ, aut panis aquæ  
parte immersi, per cuius alteram superiorem oram liquor surgit &  
evolvit; Hic enim modus elevandi aquam ab omni ratione a-  
dit, cum suetio sensibilem præsupponat motum in corpore  
gentis, quod necessariò se inde dilatare & quodam flatu turget  
debet; Quis autem hoc de inerte & inanimatâ terrâ afferere p-

fur

et? Similitudo panis & spongiae itidem incongrua est, quia panis aut spongia, cum immeguntur aquæ, locum dant humum, nunquam tamen eum ex alterâ parte recidere & redundare possunt. Adde, quod concessa hâc explicatione & comparatione falsedinem præ se ferre deberent, quia sal semper per quam pertransit loca, in quibus aqua sat insigni quantitate decurrit. Rohault. Tr. Phys. part. 2. c. 10. art. 3.

II. Errant illi, qui causam ascensus aquæ marine per diversos meandros pressioni maris adscribunt, quasi aqua, qua est in mari, à mole superioris aquæ incumbentis prematur, ut, quae ex parte canales patent, profiliat, donec reperto in terra saepe exitu erumpat & effluat. Quis autem I. crederet, aquam illam maris super incumbentis pondere ita premi posse, ut altius sit, quam ipsa maris superficies est, quin, ubi eò pervenit, sit? 2. Quid aquam, dum per apertos quosdam canales ita uiditur, à salitudine sua ita liberabit, ut dulcis evadat, cum aqua aquarum nova semper salium copia, ut paulò ante oculum, scaterent?

III. Aqua hîc quoque hæret Helmontio, qui aquis, quam diu in Quellem, quâ vocalâ ille loquì amat, hospitantur, ex ranei Archæi favore oriundum vitalem motum, qui gravativam tensionem aboleat, attribuit, & (pro confirmando argumento) exemplum sanguinis in corpore animalis sursum & deorsum fluens; Obscurum enim per magis obscurum non evolvit, sed intent, dum tradit, subterranei Archæi favore aquam in pristina gravitatem suam obliisci & ascensum moliri. Quis Oedipus nobis resolvet, quid sibi velit ille Archæus, aut quoniam aqua innatæ suæ gravitatis obliisci possit? Videntur hæc nigmata, ferè dixerim, illusoria. Exemplum sanguinis umbras magis quam lucem affundit sententiæ ipsius elucidandas, ut cuius longè alium motum Gulbelmus Harvæus, ille orbiculus sanguinis motus primus Assertor, & alii oculatores nostro demonstrarunt.

IV. Hallucinantur, qui fontes à colluvie pluviarum derivant, jugis montium paulatim combibita undique in certas quasi cives confluant & fontes nobis suppeditent. Sed hæc ratio itidem & labilis est, dum I. experientia edocemur, aquas pluviales

nunquam ultra duos pedes terræ sinum penetrare. 2. Qui stabit, quo minus fervente & sicca æstate fontes inarescant & exurantur? de quo plurib. in Theor. III.

Annotat.

V.

V. Fluxum adhuc magis & vanius commentum est rationis alicujus Philosophi, qui fontium originem bolide rationi exploraturus statuit vel potius somniat, *fontes omnes non à mari & fluminibus oriri. De quo Author Philosophie Vet. & Nov. in P.* Sed huic r. i. paradoxum esse & S. Scripturæ contrarium, f. à fluminibus originem trahere. 2. pressio illa aquarum fluvial quæ Ipsi potissima causa videtur propagandi fontes ex alveo vii, tanta non est, ut per tubulos ripæ aquam ad fontes, sæpius liquot milliaribus à ripa distantes protrudere possit; quia hoc est de mari negatur, cujus pressio procul dubio longè major est. Fontes interea loci salsuginem terræ attraherent, & quod loris distarent à flumine, eò salsiores essent, quæ ratio itidem adducit contra filtrationem aquæ marinæ, in meatibus terræ factam.

## THEOREM. II.

*Metalla & mineralia communicantur aqua subterraneis tam πνευματικῶς (spiritualiter) quam σωματικῶς, (corporaliter.)*

E. Annotat.  
I. Modus  
communi-  
candi.

Spiritus vel calor subterraneus qui terræ innascitur, & influens Solis aliorumque Planetarum, (quod negari adeo non potest) adjuvatur, dum intra terræ recessus coquendis, maturandis acciendis metallis ac mineralibus sine intermissione occupat maxima subinde fuliginum & exhalationum copia è matre ac mineris assurgit, per terræ poros se diffundit, & subtilior magis spirituali mineralium substantiâ aquas, partim adhuc inter se vapores, partim jam actu factas permeat, suisque viribus tingit & imbnit. Prout igitur magna ejusmodi exhalationum diversitas existit, modò ex unius, modò ex diversi genere fuliginoibus & effluviis; ita etiam modò unius tantum mineralium plurimum virtutes & facultates aqua illa combibit, quod sequenti tempore ex diversitate effectuum non obscurè deprehenditur. Quandoque enim non nisi subtilissimæ ac ferè spirituæ essentiæ è mineris exhalant, aquisque communicantur, sine in-

transfioris alicujus fumi, unde fit, ut hujusmodi aquæ tenues  
acidæ absque ullo sedimento in vasis fundo conspiciantur,  
ne vi ignis aut aëris, nisi probè claudantur & operiantur,  
cum suorum jacturam faciant, quod vel popularis experien-  
tia firmat. Imbui verò aquas *thermales* hoc modo spiritali, &  
sima minerarum substantia & qualitate dotari, palmario  
documento est, quod ejusmodi seaturigines *aquarum medi-*  
*mineras ipsas raro ortus sui aut profluxus parte attin-*  
*testante itidem multiplici experientia, sed vel in vicinis*  
*bus, aut aliis locis subterraneis circumjacentibus, mineralæ illæ*  
*sunt, quas aquæ subterraneæ pervadunt, & inde dotes suas*  
*ant. Firmum hujus rei argumentum porrò nobis suppedita-*  
*lmonius in Elem. p. 43. & in Mag. oport. p. 127. allegante*  
*eo, ubi solidis rationibus evincit, materiam mineralium &*  
*rum esse succum aliquem Gur & Bur Ipsæ dictum, similem illi-*  
*s) ex quo plantæ crescunt; Antequam autem hæc corpora*  
*item suam acquirant facilè fieri potest, & actu interdum*  
*occurrat ipsis canalis aquæ fontanæ, unde hæc imprægna-*  
*virtutes istorum, per quæ transiit, mineralium & metal-*  
*imbibit.*

terea alterum communicandi modum, scilicet, quo aquæ sub-  
æ loca mineralium alluendo ob contactum ejusmodi cor-  
m, non tantum virtutes quasdam, sed ipsas mineralium &  
orum quorundam (de omnibus enim non affirmamus) par-  
tenuissimas avellunt & abripiunt, indeque medicatæ siunt,  
cludimus, cum experientia nos de quæplurimis hōc modō  
edoceat. Qui enim *Thermas* unquam visitavit, deprehen-  
sionis diversa non solum terrarum, bolorum, salium, sulphu-  
riti, aluminis & vitrioli genera, sed etiam ramenta quædam  
stanni, ferri &c. quæ ab *aquis thermalibus* imbibita & recepta  
sunt, modò fontium, modò lebetum calefactorū, adhærescunt.  
Autem aliter dicet, quam ea mineralia & metalla in natalibus  
dem locis alluvione quadam collecta, & cum rivulis aquæ  
leducta esse? vid. Horst. *de nat. therm.*

Quibus verò duplex hic miscendi & communicandi modus *Avnijens L.*  
sibilis videtur, tūm ob consistentiam & soliditatem metallo-  
& quorundam mineralium, tūm ob inexhaustam tot seculis

## II. Modus communi- candi.

fontium ejusmodi medicorum scaturitionem, illi ad primavera miraculosam omnium rerum creationem recurrent, simplici pietatis potius superstitione quādam persuasi, Deum in hexaēmero illo cœ & determinatam ejusmodi salubrium aquarum redundantiam in canis subterraneis produxisse, atque in usum sanitatis nostræ abdū conservare, & quando Ipsi visum, de novo miraculosè emittere & rire, hancque sententiam à Theophrasto Paracelso mutuati vide. Sed licet horum ratio tutior sit, minus tamen Philosophica tur, quia simplicitatis est ad miracula configere, ubi rationes taurales in promtu sunt. Neque obstat vel metallorum aut mineralium compactior substantia, quia tām metalla quam mineralia in tricibus suis ex liquore suo seminali, dum adhuc sunt in fieri, grantur, prout supra dictum, atque id ulteriorius Clarissimi Viri rerum subterranearum Indagatores studiosissimi, *Helmontius*, *Spesius*, *Boyleus*, *Becherus*, *Schirlæus*, & sexaginta alii evidentiter demonstrant. A defectu ejusmodi metallorum & mineralium scibilium cum tempore subssecuturo, itidem periculi nihil est; omnino probabile est, Denū non solū superficie terræ seminatarum commisisse, sed meditullio quoque ejusdem & quatero ad gignendam subinde metallorum & mineralium copia divina benedictione suā spermata genitalia indidisse, quæ cōtrahentes intrinseco quasi animata, & influxu astrali adjuta, sese in maxime conveniente multiplicent, cum suffragio non unius documenti quod metalla & mineralia in fodinis suis post certum annum cursum subinde renata fuerint: Metalla quidem longiori tempore tractu, mineralia autem singulo quadriennio, vel etiam triennio. Et sic metus non est, ut aliquando vel thermae vel acidulæ sinfeturæ.

*Articulus II.* Alii, ut priorem mixtionis modum refellant, arbitrantur, ut fieri corrodendis & abradendis particulis tām à metallis quam mineralibus; Sed quis persuadebit sibi, aquas in terræ visceribus adeò a existere, ut solidas metallorum particulas semper dissolvant. Aq. fortis instar abradant? Et posito, quod deprehendatur ejusdi fossilem abrasio, aqua illa probabiliter jam ante armata fuit triolo aut alio Sale, quo metallorum atomos decerpit. Verum raro usu venire solet, nec quicquam hic facit; loquimur enim primâ communicatione.

## THEOREM. III.

*berma incalescunt spiritu quodam calido,  
sive fermento terra.*

Alismodi fermento meditullium terræ incalescere & calidas exhalationes eructare, unde thermales aquæ exæstuant, prænem subterraneum, qui ab illo accensus quandoque erumpit, tiva sudaria in metallicolarum cuniculis deprehensa eloquuntur. Hac de re nobis Boyle Tr. de temper. subter. reg. elegantissimæ observationes largitur. Nimir. licet, inquit, prima terra regio de caloris & frigoris, secundum ac aër vel aestivus vel hyemalis amodum variabilis sit, tamen profundissima loca perenni calore majori, quò altius absunt, perfusa esse. Sicut idem Morinus quilegante eodem, testatur, se in fodina Hungariae mense Julii circum frigus quidem intensem, deinde autem post octoginta orgyas aëris qualitatem deprehendisse, quæ profundius demissæ intenor magisque visa, nec parùm grata fuit &c. Hic calor, utut à Sole isdam in locis, & ab exhalationibus sulphureis, fumisque biosis aliquando roboetetur & nutriatur, nequaquam tamen ab originariè producitur, sed terræ quasi naturalis est, in quibus locis tantus, ut parietibus concavatum terræ insipuetur, eæ ope fervor sufficiens & perpetuus ipsis quoque thermis comari possit; non secus ac in clibano semel calefacto, & postea actuali omni remoto, panem nihilominus sufficienter assari & videmus; Et nisi talis calor terræ inesset, nulli existerent fontes ab eodem à conglaciatione defenduntur, bullasque & sentum à calida ejus fermentatione accipiunt; Imò quomodo is generis plantæ è terra crescere possent, nisi obstetricante hoc calorifico?

His igitur elucidatis, manifestè perstringitur illorum acumen ai persuadent sibi, thermas fieri solo concursu & mixtione duarum silurium aquarum mineralium, quæ natura quidem & tactu frigidæ, irituum verò repugnantiam incalescunt, atque fermentatione quæ exæstuant; Cujus rei exemplum afferunt spiritus vitrioli cum oleo vel Tartari, item aquam fortè cum Tartaro, Butyrum &c. cum spiritu i; ita ut absurdum ipsis non videatur, quando due scaturigines re-

Exposit.

Confirmatio.

Resolutio dubii.

Artificis I.

pugnantium talium spirituum mixtura abundantes in concursu miscetur, aquam inde ebullire & effervescent. vid. Sennert. epit. sc. na. l. 4. c. 10. Ego quidem ebullitionem istam fieri posse experientia convincente haud nego; Interea tñ. Assertores hujus sententiae non quam demonstrabunt 1. quod in omnibus thermis actu calidis se per adsint tales repugnantes spiritus, & sibi invicem inimicæ qualitates. 2. Quod occurrant sibi & congregantur sine interventu intermixtione aliorum liquorum, unde vis ebullitionis, si non dilatur omnino, valde tñ. refringatur & debilitetur, antequam adstinatas scatebras ascendant & erumpant. 3. Vix mihi fidem ecent, istam incalcentiam tot seculorum tractu & mora sine remissione aut intensione durare posse, cum exæstuatio dictor spirituum ad breve tempus sentiatur. 4. Fando accepimus, in thermis Badensibus venas calidas & frigidas in locis valde sibi propquis, & se matuò ferè contingentibus, profluere, quæ tamen iisdem mineralibus imbutæ sunt.

## Argumentum II.

II. Qui caloris thermarum causam efficientem ignem subterraneum agnoscunt, nisi duobus, ut ipsis videtur, fundamentis. 1. Quod tantus caloris gradus non nisi à præsentia alicujus ignis actualis profici queant. 2. Quod terra anfractus & cavernæ plurimis in locis tantum ignis actualis contineant, ut etiam flammæ & incendia hinc inde erumpant. vid. Bartholin. l. 2. de aq. c. 8. Verum fatuus hic ignis est, ique prudentiores nos à veritatis via tam facile seducet. I. Illorū ratio, quod nimir. calor sit accidens ignis, & nequeat extra substantiam suum existere, nos non urget, qui essentiam caloris in effervesciis & particulis minimis ponimus, quæ utique in seriem substantiarum jure referuntur, adeò ut nihil implicet, dari calorem, unde cunque ille sit, absque igne actu flammante. Nec II. nos urit, quod raro aquæ ferventes reperiuntur, ubi ignes è visceribus terræ rumpunt, ut videre est circa Ætnam & Vesuvium; Imò in toti fontibus calidis, quorum sexaginta numerantur, nusquam ignis fontibus, aut fontes ignibus misceri deprehenduntur. Qui a. ignes subterraneos à sulphure gigni & ali afferunt, ipsa experientia refelluntur, quod aquæ Rutenorum & Pyræneorum, quæ quidem fervescissimæ sunt, planè tamen insipidæ & inodoratæ existunt. Præterea tanta aquarum moles tot seculis affluens, ignes subterraneos jam pridem restinxisset, aut, si tanta flamarum vis sub terrâ lat-

jamjam siccaffet aquas, aut terram ipsam in cinerem redigisset.  
eo, quod nullus ignis actualis sine aëre aut spiraculo conservari  
it, quod in terræ fissuris, rimis & specubus, præsertim si clau-  
ant, fieri non potest.

Contra nos insurgit III. magnæ authoritatis Vir *Johannes*  
*ow Anglus*, qui de incalescentia thermarum ex occasione Batho-  
sium in operib. *Medic. Physic. c. 15.* ita scribit: *Circa thermas*  
*intes ita statuendum esse arbitror, videlicet, particulas aëreas unā*  
*aquis pluvialibus in altam tellurem descendentes, ibidemq; mineræ*  
*o sulphureæ occurrentes, æstum caloremque admodum intensum in*  
*m excitare, & demum aquarum scaturigines e minerali eō modō ex-*  
*ante profuentes, Thermas constituere.* Verūm hæc sententia vide-  
nobis non una difficultate premi. 1. enim sibi sumit, quod prius  
lisset probare, aëreas particulas aquis pluvialibus cum ea sen-  
copia, quæ ad eam fermentationem requiritur, sese insinuare,  
montes quoque celsissimos, ut in subsequentibus hujus loci  
t, cum aliqua reverberatione impingi & impelli, quod tamen  
n terris spongiosis, porosis, & arenosis vix possibile videtur.  
upponit itidem magis quam probat, fermentationem fieri à  
culis aëreis, sese vi quādam elastica dilatantibus, quod tamen  
tentia plerorumque *Physicorum* & *Chimicorum* non nisi spiri-  
fermentativorum officium est, ubi aér saltem per modum  
culi aut subjecti præstò est. 3. Ejusmodi fontes thermales ab a-  
pluvialibus in altam tellurem descendantibus provenire ne-  
int. 1. Quia fontes pluviales saltem in superficie montium col-  
luntur, & nisi ibidem stagnent, per declivia deorsum feruntur,  
rimis cum terra montana plerunque instar tegularum imbrica-  
disposita sit, ita ut aquam extorsum repellat, nec eam intus  
re permittat. 2. Aquæ pluviales terram ultra duos pedes, suf-  
ante experientia, penetrare non possunt, quod in 1. *Tb.* nonni-  
erstrictum est. 3. Ea pluvia, quæ in montium aut camporum  
iciem decidit, tota aut plantis nutrientiis aut stagnis lacibusve  
gendis aut vaporibus suppeditandis infumitur. 4. Conjectu-  
lè est, eas pluvias, quæ in summa montium juga, campos &  
es destillant, perennitati fontium nequaquam sufficere, & vix  
bilem quantitatem addere. 5. Terra tamen arenosa & spongiosa  
est, ut possit aquam per scaturigines reddere, cum ea sæpius

*Anno*  
III.

argillosa deprehendatur, ultra 20. pedes, quod omne prius in defieri deberet, antequam pluvia ad scatebras suas perveniat. Constat plurimam partem aquæ pluvialis aut calore Solis aut in sole ipso, quod in glacie & nive cernimus, exhalari; tantum a est, ut copiosos fontes procreare possit. 4. Contra *Mayow* militat experientia, dum plurimæ ferventes *Thermae* existant, quæ de nera salino-sulphurea haud tantum continent, ut inde dicta ebilatio oriatur; & vicissim multæ dantur aquæ minerales, quæ primum sulphuris & salis alunt, nec tamen effervescent, quod patet, si vel in nostro Ducatu *Thermas Ferinas* ad *Bollenses* conferam quārum hæ multum sulphuris & nihil caloris actualis, illæ verparum sulphuris & sat caloris produnt. 5. Supponit mineralia cum rivulis aquarum propè scaturiginem communicari & commisceri, quod tamen probabilius & potius fit tunc statim, cum vapores in ascensu suo mineris occurront, & spiritibus illarum, quæ supra demonstravimus in *Tb. II.* imprægnantur.

## THEOREM. IV.

*Qualitates & virtutes thermarum sunt ex spiritibus, quibus immiscentur.*

*E'n'fasis.*

**H**oc theoremate inquirimus in diversos effectus & multiplices virtutes quarum thermalium; Liquet autem materiam aquis tingendis & imbutis suppeditare metalla, succos, lapides & terras, quæ prout variam mixtum cum aquis subeunt, variant quoque & diversificant effectus, hâc tan lege & conditione, ut à potiore & exsuperante prædominio tām molis, quæ virtutis denominatedur; Hinc passim *Therma Physicæ & Chim. cū cupreæ, i rex, sulphureæ, bituminosæ, vitriolicæ, aluminosæ, nitrosæ &c.* audiunt; inquires, s̄p̄ius fieri, ut nec in iū locis, ubi thermæ scaturiunt, nec in vicinie ex parietibus ductuum aquarum ulla materia, quæ talia ingredietur, prodat, effluat, & sensibus specie ullâ, sese offerat, adeò ut s̄p̄è peritissim *Chimista* nihil horum elicere aut excoquere queant? Respondemus condendo, hujusmodi mixtionem s̄p̄ numero quidem tām sensus nostros, experientiam, quām *Chimistarum alembicum fallere*; Interea tamen ne inficiabitur, quod ab effectibus quoque de rebus subterraneis, quæ aquis inscentur, judicium fieri debeat; effectus vero certi procedant à facultate certe facultas autem certa determinata à tali temperamento nesciatur, ac temperamentum ex hujusmodi rerum commixtione resultet, & in eâ existat, ut certum sit, effectum talem à tali rerum commixtione fieri ac produci. merari. in *Memorab. Medic. Cenc. VI. part. 1. ex Luc. Stengl.* Quando igit effectus in diversis thermis diverso modo sese produnt, pro materia e

*Primæ Sententiae.*

*Resol. dub.*

te ac prædominantis genio & indole, aliæ dicuntur adstringentes & siccantes, præsertim in quibus alumen abundat: quædam penetrantes ac destruentes, scil. ubi vitriolum regnat: aliæ confortantes ac roborantes, in bus dominatur æs, ferrum, sulphur & nitrum: Aliæ *thermarum* exteriores, aliæ interioribus corporis partibus peculiari sympathia medentur. Sed s' omnes à viribus aliisque conditionibus atque circumstantiis desumtas *thermarum* divisiones atque differentias tām brevibus curisque pagellis indere præsumet? Nec ramen est, ut ex recensitis statuam, tām nobiles & divinas *thermarum* doles ex solā mistione mineralium proflueret; Longè subtilior quandoque vis & ratio subest, quæ efficaciam mineralium uat & determinat, nimir. vis dominatrix astrorum, quæ benignitates suas libi non liberaliter expr̄munt, dum radii illorum non extimam tantum superficiem globi Terrauei lambunt, sed vim suam in abstrusiores nunquam terræ partes insinuant, quod cordatores Philosophi ultrò aſſcunt. Nec enim, inquit D. Camerarius, Famigeratissimus in hac Unitate Medic. Professor, in Theor. Acid. th. 23. illa operationes aquarum mineralium infra ignobiles & obtusas inferiorum elementorum vires aliquid iunt, sed aliunde, videlicet ab astris etiam aliquam stirpis sua partem hentes, plus de luce quam tenebris participant, atque ideo siderei radii versus hoc foventibus adscribenda sunt; Non est quidem animus hic inquirere & rimari, quomodo astralis virtus aquis mineralibus communi queat: Liceat tñ. Sebastian. Bassonis sententiam de hoc argumento in *Confirmatio* *philosoph. natur. lib. Meteor. art. 15. p. 628.* & seqq. accuratus expressam *tio*.

accommadare & ab ipso mutuari; de hoc autem astrorum influxu in inora terræ visceræ ita Ille inter alia: Facile est, spiritus igneos & lucidos, astris demissos mariū ſinum penetrare, dum aqua maris per cacos ductus secum sub terram vehit; Nam quos spiritus vel radios igneos astra imp̄fissum aquor jaculantur, eorum pauci cum aqua in vapores, futuros ſub materialiam, ſursum volant, maximā tamen ex parte cum immenso aquarum pondere successu temporis ſub terram diſperguntur: ex quibus in mari & in terra tām mira generantur. Hæc ille. Quamvis autem non omnia ſubſcribamus huic Authori, credimus tamen, nihil ſententiae faventiū ſuffragari atque patrocinari poſſe, aut commodiorem viam equam monstrare, quomodo astrorum influxus vapores aquarum mineralium afficere queat. Tandem nihil dubitamus circa hanc materialiam in panestas *thermarum* fontes derivare, quod Dn. Ralchoff Diff. Inaugur. de t. ſoter. Thes. ult. in genere de aquis mineralibus prædicavit, nimir. quod iōne primi Enti ſui universalis Medicina apicem attingans & tanguam aca omnibus omnino morbis conuentiant &c.

## THEOREM. V.

*Non necessum est, omnes Thermae & minerales aquas actu feruere.*

E contradictionem in adjecto committamus, repetimus hic ex Theor. I. quod vocabulum *Thermarum* non ita preſcē accipiamus, ut ejus origine

*Exēdēs.*

*Secundæ*

*Sententie.*

*Confirmatio*

*tio*

*Exēdēs.*

*græca*

Resolutio  
dubii.

Articulus.


græca sonat, sed a su obtinente pro omnibus mineralibus aquis, quæ mi-  
balneationi extrinseci corporis, quam potui adhibentur. Quamvis igi-  
fontes tam simplices, quam mixti à calore subterraneo terræque insito  
adscititio producantur, & nonnullum in se calorem alant, quod sentire li-  
dum exhalant hyeme in primis & nocte, neque unquam glacie concresci  
nihil tamen prohibet, aliquot fontes etiam medicatos plus minus aliis  
gidos existere. Nam 1. fieri potest, ut aquæ fontanæ interdum à loco nat-  
tatis suæ, ubi possibiliter incaluerunt, longius defluant, donec erumpant,  
que ita conceptum caloris gradum rursus in via amittant. 2. Calor subi-  
ganeus in quibusdam locis remissior est, præsertim ubi nullæ exhalatio  
sulphureæ & bituminosæ, quæ calorem non parum augere possunt, eas si  
ingrediuntur. 3. Fieri etiam potest, & sèpenumero accidit, ut quædam  
neralia effluviis suis refrigerantibus frigiditatem aquis singularem imp-  
tiantur, vid. Boyle Tr. de Temp. Subter. Reg. c. 6. Quemadmodum Sal-  
moniacus aquam mirè refrigerat, quod itidem alumén, nitrum aliaque f-  
ilia, nobis licet incognita, præstare possunt; Vnde etiam est, quod acid-  
summè frigidæ deprehenduntur. Dum thermae has linquere cogitamus,  
gidam nobis suffundit audax ille Cartesii propugnator Ant. Le grand,  
præsumit nobis persuadere, differentiam, quam notamus, caloris & frig-  
iditatis ejusmodi aquis non à rei natura, sed ut plurimum ab errore sensuum  
strorum dependere, prout alia vel alia qualitate tactili, eaque contraria,  
ambutur, & ex eo solo frigidiores aestate sentiris, quia fervescente acre-  
beto illas tangimus, cujus comparatione frigida percipiuntur; In hyeme  
tem calidas, quod ab aere extenso, qui iis multò frigidior est, ad illas  
cedimus, cujus intuitu calida apparent ac sentiuntur. vid. Le grand His-  
natural part. 4. art. 3. sect. 6. Verum nihil horum concedimus illi, ti-  
quod ex arbitrio, more Cartesianorum, supponit, sensus circa propri-  
tatum objectum errare posse, tūm quod illi causam hujus differenti-  
vi aëris ambientis desuntam reddere possumus, ut qui spiritus calidus  
potentius extrahit, quando calidus est, quam ubi frigidus existit, quod  
dem compluribus exemplis comprobari potest. Interim de virtute & qua-  
litate minerali aut nihil, aut saltem perparum iis decedit, cum satis sit, p-  
mam communicationem mineralium cum vaporibus & aquis ope calo-  
obstetricantis esse tam esse, unde non possunt non eæ therma insignit  
virtutibus ditari. Atque ita nostrum huc illuc derivatum claudimus rivulu  
DEO, inexhausta omnium bonorum scaturiginis, fit pro concessâ grati-  
Honor & Gloria, quæ actionum nostrarum ultimus

F I N I S!

**U**T terræ è scatebris saliunt plenô agmine therma,  
Sic docti ingenii hæc est scaturigo tui.

His egregium specimen hoc Dni Respondens  
Autoris commendat

Præse-



4ps